



## Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2:  
Latin Literature and Sources (Themes)

*Theme A: Travel by Land and Sea*

This is the official prescribed material  
for the Eduqas Latin GCSE (2021-2023)

## Theme A : Travel by land and sea

Candidates are expected to be familiar with the following aspects of travel in the Roman world:

- types of boats and ships as shown in the pictures below;
- types of transport on land;
- the difficulties and dangers of travel by land and sea.

58251 Candidates should also study the following pictures, one or more of which will be used as a basis for questions in each question paper.



**Picture 1**  
Typical Roman road




**Picture 2**  
Fast horse-drawn carriage



**Picture 3**  
Mule carriage



**Picture 4**  
Barge on a river



**Picture 5**  
Ship being loaded



**Picture 6**  
Ship entering the harbour at Ostia

Information about several of these pictures, together with useful additional material for the Theme, may be found in the support available online for **Cambridge Latin Course, Book III, Stage 24**.

Candidates will be expected to answer questions on the following texts:

CICERO	The governor of Sicily tours his province	<i>in Verrem</i> II.5.26-27
HORACE	A journey by canal	<i>Satires</i> 1.5.1-26
JUVENAL	The unpleasantness of city traffic	<i>Satires</i> 3.234-248
MARTIAL	A slow journey	<i>Epigrams</i> XI.79
OVID	The voyage to exile in Tomis	<i>Tristia</i> 1.2.1-2, 19-28 and 21-34
PLINY	A governor travels to his province	<i>Letters</i> 10.15, 16, 17a
SENECA	Sea-sick crossing the Bay of Naples!	Letter 53

WJEC/Eduqas has prepared a Resource Booklet containing all the prescribed pictures and texts, together with a list giving the meanings of all the Latin vocabulary used in the texts. To assist with preparation for the examination, this booklet is available as a download from the WJEC/Eduqas website. In the examination itself a copy of the Booklet (omitting the captions to the pictures) will be provided by WJEC/Eduqas to each candidate.

**CICERO, The governor of Sicily tours his province**  
*(in Verrem II.5.26-27)*

laborem itinerum iste facilem sibi et iucundum ratione  
consilioque reddidit. primum mensibus hibernis, ad  
magnitudinem frigorum et tempestatum vim, hoc sibi  
praeclarum remedium comparaverat. urbem Syracusas  
elegerat, ubi ita vivebat iste bonus imperator ut eum non facile  
non modo extra tectum sed ne extra lectum quidem quisquam  
viderit; ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et  
flagitiis continebatur.

5

cum autem ver esse cooperat – cuius initium iste non a  
Favonio neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosam viderat  
tum incipere ver arbitrabatur – dabat se labori atque itineribus;  
in quibus adeo se praebebat patientem atque impigrum ut eum  
nemo umquam in equo sedentem viderit. nam, ut mos fuit  
Bithyniae regibus, lectica octaphoro ferebatur, in qua pulvinus  
erat per lucidus Melitensis rosa fartus; ipse autem coronam  
habebat unam in capite, alteram in collo, reticulumque ad  
nares sibi admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum  
rosae. sic confecto itinere cum ad aliquid oppidum venerat,  
eadem lectica usque in cubiculum deferebatur. eo veniebant  
Siculorum magistratus, veniebant equites Romani;  
controversiae secreto deferebantur, paulo post palam decreta  
auferebantur. deinde ubi paulisper in cubiculo pretio iura  
discipserat, Veneri iam et Libero reliquum tempus deberi  
arbitrabatur.

10

15

20

## HORACE, A journey by canal

(*Satires* 1.5 1-26)

egressum magna me accepit Aricia Roma  
hospitio modico; rhetor comes Heliodorus,  
Graecorum longe doctissimus; inde Forum Appi  
differtum nautis cauponibus atque malignis.  
hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos 5  
praecinctis unum: minus est gravis Appia tardis.  
hic ego propter aquam, quod erat deterrima, ventri  
indico bellum, cenantes haud animo aequo  
exspectans comites.

10

iam nox inducere terris  
umbras et caelo diffundere signa parabat.  
tum pueri nautis, pueris convicia nautae  
ingerere: 'huc adpelle'; 'trecentos inseris'; 'ohe,  
iam satis est.' dum aes exigitur, dum mula ligatur,  
tota abit hora. mali culices ranaeque palustres  
avertunt somnos, absentem ut cantat amicam 15  
multa prolatus vappa nauta atque viator  
certatim. tandem fessus dormire viator  
incipit, ac missae pastum retinacula mulae  
nauta piger saxo religat stertitque supinus.

20

iamque dies aderat, nil cum procedere lintrem  
sentimus, donec cerebrosus prosilit unus  
ac mulae nautaeque caput lumbosque saligno  
fuste dolat. quarta vix demum exponimur hora.  
ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha.  
milia tum pransi tria repimus atque subimus 25  
impositum saxis late candardibus Anxur.

**JUVENAL, The unpleasantness of city traffic**  
(*Satires* 3.234-248)

5

10

15

nam quae meritaria somnum  
admittunt? magnis opibus dormitur in urbe.  
inde caput morbi. raedarum transitus arto  
vicorum in flexu et stantis convicia mandrae  
eripient somnum Druso vitulisque marinis.  
si vocat officium, turba cedente vehetur  
dives et ingenti curret super ora Liburna  
atque obiter leget aut scribet vel dormiet intus;  
namque facit somnum clausa lectica fenestra.  
ante tamen veniet: nobis properantibus obstat  
unda prior, magno populus premit agmine lumbos  
qui sequitur; ferit hic cubito, ferit assere duro  
alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam.  
pinguia crura luto, planta mox undique magna  
calcor, et in digito clavus mihi militis haeret.

**MARTIAL, A slow journey**  
(*Epigrams XI.79*)

ad primum decima lapidem quod venimus hora,  
arguimur lentae crimine pigritiae.  
non est ista viae, non est mea, sed tua culpa est,  
misisti mulas qui mihi, Paete, tuas.

**OVID, Sailing to exile in Tomis**

(*Tristia* 1.2.1-2, 19-28, 21-34)

di maris et caeli – quid enim nisi vota supersunt? –  
solvere quassatae parcite membra ratis,  
me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!  
iam iam tacturos sidera summa putas.  
quantae diducto subsidunt aequore valles! 5  
iam iam tacturas Tartara nigra putas.  
quocumque aspicio, nihil est, nisi pontus et aer,  
fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.  
inter utrumque fremunt immani murmure venti.  
nescit, cui domino pareat, unda maris.  
nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu, 10  
nunc Zephyrus sero vespere missus adest,  
rector in incerto est nec quid fugiatve petatve  
invenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.  
scilicet occidimus, nec spes est ulla salutis,  
dumque loquor, vultus obruit unda meos. 15

**PLINY, A governor travels to his province**  
*(Letters 10.15, 16, 17a)*

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

quia confido, domine, ad curam tuam pertinere, nuntio tibi me Ephesum cum omnibus meis navigasse quamvis contrariis ventis retentum. nunc destino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere. nam sicut itineri graves aestus, ita continuae navigationi etesiae reluctantur.

5

TRAIANUS PLINIO

recte renuntiasti, mi Secunde carissime. pertinet enim ad animum meum, quali itinere provinciam pervenias. prudenter autem constituis interim navibus, interim vehiculis uti, prout loca suaserint.

10

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

sicut saluberrimam navigationem, domine, usque Ephesum expertus ita inde, postquam vehiculis iter facere coepi, gravissimis aestibus atque etiam febribus vexatus Pergami substidi. rursus, cum transissem in orarias navicularas, contrariis ventis retentus aliquanto tardius quam speraveram, id est XV Kal. Octobres, Bithyniam intravi. non possum tamen de mora queri, cum mihi contigerit, quod erat auspicatissimum, natalem tuum in provincia celebrare.

15

20

## SENECA, Sea-sick crossing the Bay of Naples!

(Letter 53)

quid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est ut  
navigarem? solvi mari languido; erat sine dubio caelum grave  
sordidis nubibus, quae fere aut in aquam aut in ventum  
resolvuntur, sed putavi tam pauca milia a Parthenope tua  
usque Puteolos subripi posse, quamvis dubio et impendente  
caelo. itaque quo celerius evaderem, protinus per altum ad  
Nesida derexi praecisurus omnes sinus.

5

cum iam eo processissem ut mea nihil interesset utrum irem  
an redirem, primum aequalitas illa quae me corruperat periit;  
nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris ac subinde  
crebrior fluctus. coepi gubernatorem rogare ut me in aliquo  
litore exponeret: aiebat ille aspera esse et importuosa nec  
quicquam se aequa in tempestate timere quam terram. peius  
autem vexabar quam ut mihi periculum succurreret; nausia  
enim me segnis haec et sine exitu torquebat, quae bilem movet  
nec effundit. institi itaque gubernatori et illum, vellet nolle,  
coegi, peteret litus.

10

cuius ut viciniam attigimus, non exspecto ut quicquam ex  
praeceptis Vergilii fiat – ‘obvertunt pelago proras’ aut ‘ancora  
de prora iacitur’: memor artificii mei vetus frigidae cultor mitto  
me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. quae  
putas me passum dum per aspera erepo, dum viam quaero,  
dum facio? intellexi non immerito nautis terram timeri.  
incredibilia sunt quae tulerim, cum me ferre non possem: illud  
scito, Ulixem non fuisse tam irato mari natum ut ubique  
naufragia faceret: nauiator erat. et ego quocumque navigare  
debuerō vicensimo anno perveniam.

15

20

25